This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 4W4M 3

831
T274ep
1801

Digitized by Google

831
T274ep
1801

ANDOVER-HARVARD
THEOLOGICAL LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

VIRVM MAGNIFICVM

D. FRANC. VOLKMAR. REINHARDVM

MVNERE MERITIS
AC FAMA ILLVSTRISSIMVM

DE

FINIBVS GRATIAE DIVINAE
IN IVRE AGGRATIANDI

EPISTOLA

D. JOANNIS FRIDERICI TELLERI.

Teller

LIPSIAE
APVD WILH. REIN. MDCCCI.

Digitized by Google

CICERO.

Nimium quod est, magis offendit, quam quod parum.

Atqui

Libera gratia Dei magis offendit, quam non libera.

Digitized by Google

831
T274ep
1801

Vir Magnifice.

Quo magis orationes TVAS sacras, pro concione splendidissima habitas, et vel arbitrio TVO, et interno animi motu adductus, vel aliorum, qui de pretio earum iudicare possunt, desiderio et precibus invitatus, imo prouocatus, prelo subiectas, in deliciis habeam, (quis vero deliciis assuetus non habet) quippe qui alter Theophrastus eloquentiae TVAE diuino nitore et dulcedine auditorum aures, velut Herculis catena, alligare, et lectorum animos allicere soles; eo maiore cum voluptate, imo ambabus, vt aiunt, manibus

Digitized by Google

bus arripiente auiditate legendi inflammatus, appetebam solenniorem illam, quam die festo, solenni memoriae emendationis doctrinae et sacrorum per d. Lutherum factae, sacro, in aede aulica, quae Dresdae est, anno praeterito habuisti, et salutari consilio Amicorum Principis, quorum sapientia et vigilantissima prouidentia ecclesia Protestantium, quam vocant, in Saxonia regitur, publici iuris feciſti. Quod cum auctoritate atque iussu talium virorum factum sit, quibus officium falsae doctrinae et disidiis ecclesiae obuiam eundi competit, quique, diuinae humanaeque sapientiae amantissimi et scientissimi, quanta cum religione et cura antiquae doctrinae diuinitus patefactae puritatem, et librorum nostrorum symbolicorum fidem, et normae normatae auctoritatem, disciplinamque ecclesiasticam

Digitized by Google

ſticam tueantur, nullo illuſtriore argumento declarare poterant, quam hoc inſtituto, quantum et quam eminens iſti orationi pretium ſtatuendum ſit, facile lucideque apparet; ſimul vero hoc etiam ex eo conſequitur, vt iis de ea iudicandi copiam dederis, penes quos libere ſentiendi poteſtas eſt, eo ipſo facto ſubieceris, iisque iudicium in eam dederis. Quod cupide amplector.

Verum enim vero, quamuis argumentum auctoritatis, (cuius cauſa inprimis hic agitur, cuiusque vſum παιδευτικον, quia omnis ab eo cognitio veri incipit, et initia cognitionis veri et falſi inſtitutione et auctoritate probatiſſimorum virorum nitatur, non negauerim) auctoritatis inquam, hoc eſt, nominis Tvi, magnam apud me vim habeat ex quo efficitur, vt, vel ma-

deſtiae

bus arripiente auiditate legendi inflammatus, appetebam solenniorem illam, quam die festo, solenni memoriae emendationis doctrinae et sacrorum per d. Lutherum factae, sacro, in aede aulica, quae Dresdae est, anno praeterito habuisti, et salutari consilio Amicorum Principis, quorum sapientia et vigilantissima prouidentia ecclesia Protestantium, quam vocant, in Saxonia regitur, publici iuris feciſti. Quod cum auctoritate atque iussu talium virorum factum sit, quibus officium falsae doctrinae et disfidiis ecclesiae obuiam eundi competit, quique, diuinae humanaeque sapientiae amantissimi et scientissimi, quanta cum religione et cura antiquae doctrinae diuinitus patefactae puritatem, et lib[illegible] bolicorum [illegible] auctor[illegible]

Digitized by Google

deſtiae cauſa, antiquitatis et patrum reverentia me totum teneat; tamen nequaquam ille ego ſum neque adeo veri exſenſus, qui abſolutam illi, aut fidei canonicae et normae normatae vim concedam, quod quidem faciunt ii, apud quos praeſumtio in praeiudicium, quod per προλεψιν liberum coerceat ſentiendi arbitrium, degenerat, ex quo facile fides, cuius ſtat pro ratione voluntas, hoc eſt, quae non ſolum ipſa caeca eſt, ſed alios etiam caecos efficit, et, cedere neſcia, caeco impetu in verba iurat aliorum, qui ſcilicet nominis aut muneris dignitate ſplendent, et denique, vt omnium temporum memoria edocet, αἱρεσις enaſcitur. Recte igitur immortalis Princeps Elector, Joannes Conſtans, cum de Lutheri auctoritate, et Lutheranorum cognomine disputaretur, ſe nulli homini, neque

Digitized by Google

neque ipsi Luthero, sed verbo Dei fidem habere. Quod quam veritissime de praeiudicio auctoritatis, eiusque argumento dictum sit, et quid quantumque efficere possit, atque effecerit, vel ex controuersia Pelagiana, in loco de gratia Dei, de qua disputatio futura est, oculis quasi cernitur. Quare enim, quaeso, Pelagium potius, quam Augustinum, cuius reuerentia nominisque auctoritas tota profecto auctoritate Lutheri innititur, hostem gratiae scriptores ecclesiastici nominauerint? Quamuis, mea sententia ὀρθοδοξία Augustini, in controuersa et subtili doctrina de gratia Dei, magis profecto, quam Pelagii ἑτεροδοξία extimescenda sit.

Quae cum ita sint, nullus dubito, quin in latissimum libere sentiendi campum exspatier, (nam ipsum argumentum latissime

Digitized by Google

deſiiae cauſa, antiquitatis et p
verentia me totum teneat; tam
quam ille ego ſum neque ade
ſenſus, qui abſolutam illi, au
nonicae et normae normatae
dam, quod quidem faciunt ii,
praeſumtio in praeiudicium
προλεψιν liberum coerceet ſen
trium, degenerat, ex quo
cuius ſtat pro ratione volun
quae non ſolum ipſa caeca
etiam caecos efficit, et,
caeco impetu in verba iurat
ſcilicet nominis aut mo
ſplendent, et denique, v
porum memoria edocet
tur. Recte igitur in
Ele

Digitized by Google

Digitized by Google

tissime patet) et quasdam, pace Tva, V. M. Tecum, absque omni arrogantia, communicem dubitationes, quae mihi, (nam quid ad me alii, eorumque, absque amore et perspicientia veri, omnia vituperandi libido?) orationem antea laudatam legenti, statim in mentem, et obuiam venerunt; Neutiquam vero contra dicendi animo; est enim etiam dubitabile verum, vnde fit disputabile; sed hac prorsus mente, vt pateat omnibus, meisque potissimum Patronis, O. M. quibus inter alia, tantaque gratiae suae munera, maius Episcopatui nostro Citicensi impertiri Deus nullum poterat, me non esse ex eorum numero, qui adeo sensu et cognitione veri laborent, atque in initiis doctrinae christianae adhuc versentur, vt in doctrina euangelica de gratia Dei in Christo, ex qua quidem doctrina reliqua

fidei

Digitized by Google

fidei nostrae dogmata, veluti ex fonte riuuli, defluunt, adhuc haesitent; neque adhaerescere aliis, eorumque profanae multitudini, qui, vt in multis aliis locis dogmaticis, prout cuique libido est, a religionis et sacrorum, quam patres professi sunt, formula discedant, ita maxime hanc salutarem, de libera gratia diuina, doctrinam, ex religionis christianae finibus exterminare et proscribere audeant, eoque pristinum librorum symbolicorum frenum sentiendi libertatis simulatione et praetextu, effrenata licentia, imo stygia procacitate, soluant.

Nemo sane, quod obiter dicam, negauerit, qui modo historiam ecclesiasticam, eamque, quam πολεμικην vocant, leuiter attigerit, inde ab origine ecclesiae nostrae, et posthac etiam, inter A. C. theo-

Digitized by Google

theologos, nimirum ſtatim poſt obitum d. Lutheri, non tam modeſte, quam pertinaciter, neque ſubtiliter, vt oportet, eſt enim ſubtiliſſima, ſed argute, disputatam eſſe quaeſtionem, de finibus gratiae in iure aggratiandi; hoc eſt, de eo, anne, et in quantum ſalus humana, et ſalutare Dei de ſaluandis hominibus, peccati culpa contaminatis, conſilium, quod, quia de iure et ſaluo iure poterat ius aggratiandi vocare mihi placet, ex libera voluntate et gratia diuina pendeat? Vtrum in eo iudicis, an arbitri, et miſericordiae aut potius iuſtitiae diuinae cauſa agatur. Mirum ſane in modum! Quomodo enim fieri potuit, vt argumentum de gratia diuina, per quam εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν (ad Rom. V, 1.) h. e. amicitia Dei fruimur, atrociſſimos hoſtium impetus ſuſtineret, et cauſa bellorum

rum ciuilium et externorum, et quorum iniuriis ciuitas Dei, et respublica christiana miserrime afflicta est, et adhuc affligitur, omnibus temporibus existeret! postea quam, quod accedit, gratia diuina, ab initio mundi promissa, per Christum ipsum mediatorem generi humano actu secundo (ἐν ἀληθείᾳ) nobis comparata, et per eum diuinorum consiliorum de caelo missum interpretem, eiusque doctrinam patefacta est, et conspicua euasit? ita, vt humanitas et philanthropia Dei, (in ad Tit. III, 4.) quam Paulus, quia ex iure aggratiandi adeo elucet, gratiam vocat, coll. II, 11.) sideris instar apparuerit. Vnde sub gratia esse dicimur, (ad Rom. VI, 14.) indeque factum mihi videtur, vt vberior esset in libris sacris N. T. quam veteris commemoratio. Haec vero non nulla de causa in laudem gratiae diuinae, sed

Digitized by Google

sed propterea a me dicta sunt, ne quis ante hanc animo opinionem concipiat, me et morosum esse, et gratiae diuinae hostem, cum postea viderit, me in iure aggratiandi gratiae diuinae iustitiam quodam modo anteponere.

Sed quid est, quod magnopere mirer, quod doctrina de gratia Dei, quae salutem nostram procurauit, bellorum, quibus nulla salus est, omnibus temporibus causa in ciuitate Dei extiterit? Eadem enim propter subtilitatem, multasque, quas habet, cautiones, prae ceteris etiam disputabilis est, et ita comparata, vt, si minus caute et subtiliter, vt fieri solet, disputetur, grauissimi errores non possint non vel ex eo enasci, quando in constituendis gratiae finibus libertatis moderatio et temperantia, quae in eo, quod decet,

Digitized by Google

decet, hoc est, in sapientia et iustitia posita est, praetermittatur, et εὐδοκια, in qua minus, et absoluta plerumque libertas est, cum εὐβουλία, in qua plus, et ratio est, porro vero ἐλευθερια cum ἀνεργασια, multaque eiusmodi alia confundantur, in quibus fines liberae Dei gratiae omnino quaerendi sunt. Vnde enim quaeso quisquiliae, nihilique isti homines, quos fratres misericordiae nominaverim, quique cum affectatione diuini erga homines amoris, philantropiam, tolerantiae nomine, simulantes, hac nostra aetate cynicorum profecto errorum sordibus doctrinam christianam commaculant, fundamenta reip. christianae labefactant, et patulae ἀναρχια portas patefaciunt? Quales errores, qui nostra aetate caput altum efferunt, sunt hi: De ἀπαθεια, vt ita dicam, iustitiae diuinae,

quae

Digitized by Google

quae non omnia male facta ad vitium resecet, et morosius excutiat; neque ad legis perpendiculum, sed, quia vltra posse nemo obligetur, ad vires tantummodo humanas virtutem exigat, ideoque non adeo extimescenda, quippe quae, propter indolentiam naturae diuinae, neque offendi, neque irritari queat, ita, vt legalem iustitiae rigorem, quem in Aeaco, Minoe et Rhadamantho, inferorum iudicibus, poetae laudant, in Deo, inferorum iudice, vehementer reprehendat, atque vt putentur sapere, caelum vituperent.

Porro vero, vnde illi, sacri etiam, proh dolor! oratores, eorumque multitudo, qui scenis seruiant, atque Roscii et Aesopi histrionicae virtuti applaudant, qualis naturae nostrae est, quae ornatu vitae splendet, eoque absoluitur, vt omnia fiant

Digitized by Google

fiant κατὰ τάξιν, καὶ εὐσχημόνως; vno verbo, hic repetendum videtur, vnde sint ii, qui ciuilis virtutis dignitatem et pretium adeo et tam insolenter commendent, eamque illi meriti vim concedant, vt maiorem non possint? Tantam scilicet vim, vt nulla hominum reconciliatione, et expiatione, nulla iustificatione, nullo saluatoris et interpretis auxilio opus esse, non solum inter priuatos parietes doceant, sed libere sentiendi auctoritate, quam sibi arrogant, publice profiteri non erubescant. Ad quod pertinet fabula ista ficta et commentitia, Deum omnes promiscue homines, vel natura sua, et ciuiliter bonos, et sceleris puros, hoc est, per iustitiam vitae saluare velle. Quale paradoxon, quod inter multos alios rubigine obtectos, nouitatis specie venditant, non ita multo post apostolorum

tem-

tempora grassari coepit. Fuerunt inter patres etiam, qui eiusmodi iustitiam vniversalem, absque satisfactione publica, nimirum absque Christo et fide commendarent, et propter eiusmodi concubitum profanum, atque promiscua, vt ita dicam connubia, gentiles etiam ciuitate, certe Italiae iure donarent. Quod videre licet ex isto J. Martyris; (in Aopl. II. p. m. 65.) οἱ μετα λόγου βιωσαντες και βιουντες χριστιανοι εἰσι, καν ἀθεοι ἐνομισθησαν; Οἱοι ἐν Ἑλλησι μεν Σωκρατης, και Ἡρακλητος, και οἱ ὁμοιοι αὐτοις.

Attamen in horum errorum, aliorumque annexorum enarratione longior esse nolo, qui, quod in promtu est, ex eo in vulgus emanant, quod plerique, et boni viri, gratiae diuinae fines in portentosam et infinitam latitudinem extendant, nul-

Digitized by Google

nullamque aliam virtutem diuinam gratiorem esse putent, neque aliam extare, cuius laude gloriae diuinae melius consulere queant. Illi vero Latitudinarii non intelligunt, se, quod vna alteraue manu gloriae diuinae dare volent, altera, imo vtraque eius laudi eripere, et in Scyllam incidere, dum Charybdim vitare cupiant. Quod cum videres, V. M. (quid vero, si vel in abditissimis fraudis et insidiarum latebris delitescat, oculi Tvi vigilantissimi et acutissimi non vident) hisce erroribus totam disciplinam christianam, et ordinem salutis, quem vocant, perturbari, atque euerti, et dum iustitiae humanae, quae propria, et vitae dicitur, pretium doctores ecclesiae nostrae exaggerent, gratiae diuinae muneribus parum, iustitiae, quae prima Maiestatis et naturae diuinae virtus est, omnino nihil relinquere; non pot-

Digitized by Google

eras profecto de doctrina christiana melius mereri, Tvisque in ecclesiam nostram immortalibus meritis, si quid adhuc addi possit, ad perpetuam eorum memoriam maius addere, quam vt auctoritate et eloquentia Tva, quod in solenni ista oratione factum esse videtur, istis pestiferis erroribus obuiam ires. Quod vero, quomodo factum sit, ex eo, quod de ista dicendum habeo, apparebit.

Ita sane est, non poteras facile, ingenio Tvo duce, ex sexcentis aliis, aliud dictum classicum et textuale, quod Melanchthon vocat, atque id, super quo istam orationem habuisti, eligere, ad haec nostra tempora magis accommodatum, quae istorum errorum, quos antea reprehendi, lethali morbo laborant, modo non mutilatum, neque id totum in

tra-

Digitized by Google

tractatione omissum esset, quod ad sententiam apostoli Pauli potissimum, et per interpunctionem ad ipsum dictum pertinet, non omittendum erat: Εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ: (non vt offerret, *anboete*, quod videtur esse in versione Lutheri, et in verbo *darboete*, sed vt demonstraret, et conspicuam faceret.) In quibus verbis quanta vis sit, id vel ex repetitione eorum (com. 26.) intelligitur: — πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα κ. τ. ε. τ. π. hoc est, ad demonstrandam (inquam) iustitiam suam essentialem (quae est iustitia Dei τοῦ θεοῦ) pariter et forensem (quae est iustitia eius δικαιοῦντος); Sed de his posthac. Igitur δικαιοσύνη αὐτοῦ non est ea, quae apud Deum valet, (quod est in ver-

 sione

sione Lutheri: *die vor ihm gilt*) sed iustitia sua, et naturae suae, quae fundamentum est iuris aggratiandi. Ignosce interim dubitanti, cuius animum multa alia in ista oratione dubium faciunt. Primum dubito adeo omnino, vt prorsus negare non dubitem, gratiam diuinam omni sensu, eamque maxime, quam Paulus in isto dicto classico laudat, quae videlicet ex sapientissimo iustificationis consilio et remedio conspicitur, liberam praedicari posse. Quare libertatis praedicatum non tam a natura rei, quam ab ingenio interpretum profectum, et in hunc locum textualem illatum esse existimo, nam in formulis, δωρεαν — τῃ χαριτι αὐτου, gratiam quidem, sed non liberam Dei gratiam video. Praefatur enim apostolus, totum genus humanum adeo peccati sordibus infectum esse

vt

Digitized by Google

vt nemo sit, qui per se, suisque virtutibus Deo probari possit: *παντες γαρ ἡμαρτον, και ὑστερουνται της δοξης του Θεου.* Posteaquam hac reprehensione nostrae virtutis atque iustitiae, non quidem pretium, sed meriti vim negauit, nihil, inquit, reliquum esse, quam remedium iustitiae fidei, et iustificationis, quod soli eius gratiae (non liberae) debeatur, quodque per consilium reconciliationis, per Christum factae, et per conditionem fidei, per quam fit remedium morale, rationi et naturae humanae accommodatum, tam sapientissime instruxit, quam maxime ex iure aggratiandi tota Maiestas sua (*δικαιοσυνη*) perspicitur. Quod vero dixerim, soli gratiae deberi, hoc non de meo est, sed ex eo, quod gratiam Dei absolute laudat, et ex vi oppositi. Non negauerim quidem, posse aliquid esse

Digitized by Google

esse in themate, quod non est in dicto textuali; dubito tamen, id, quod non est in dicto, posse in themate notionem primariam esse, nisi debeat latius patere, et a dicto textuali abesse. Quodsi vero doctrina de iustificatione proxima reformationis ecclesiae nostrae causa extiterit, quod ex historia eius et ex multis effatis Lutheri patet, gratia Dei vero in consilio iustificationis, mea sententia non libera fuerit, valde dubito, quin doctrina de libera Dei gratia causa instaurandae ecclesiae fuerit. Interim satis sit dubitare; quid vero sit, quare dubitem, et quantum discrimen sit inter liberam, et solam Dei gratiam, cum a paucis intelligatur, vberius postea explicabo. Ille enim ego non sum, qui de gratia Dei, eaque in decreto de saluandis hominibus libera dubitet, in quo est *videmus*; sed

Digitized by Google

sed illud, quod animum meum dubium facit, hoc est, an libera eadem fuerit in consilio de via et ratione, qua salutem hominibus peccatoribus restituere voluerit, in quo est αὐβουλία.

Inter alia vero neque hoc silentio praetermittendum, atque hoc est, de quo porro dubito: In emendata et in integrum restituta doctrina, de libera Dei gratia ecclesiae nostrae originem quaerendam esse, atque huic doctrinae ecclesiam nostram existentiam suam (quam philosophi vocant; — *ihr Daseyn*, vt verbis Tvis vtar p. 8. 9.) debere; Per Lutherum ecclesiam nostram ortam esse; (p. 4.) Lutherum ecclesiae nostrae auctorem esse, (*ihr Stifter*) et quae sunt aliae eiusmodi formulae, quae mihi modum exce-

Digitized by Google

excedere videntur, et quibus reformatio ecclesiae nostrae per Lutherum facta in formationem potius, in qua plus, et nimium est, immutatur. Quare ipsi Luthero Lutheranorum nomen valde displicebat, quod ex disputatione, de Lutheranismo cum Eccio habita, apparet, in qua Lutherus ad Paulum provocabat, eiusque effatum in ad Corinthios I. I, 12, 13. Anne Christiani euangelium a me habent? Anne ego pro christianis mortuus sum? Anne in meo nomine baptizati? Quare valde mihi probatur fratris mei Berolinensis, quem amoris causa nomino: *Ich bin kein lutherischer, sondern ein evangelischer Christ.* Hoc est effatum illud Principis Joannis Constantis, quod antea laudaui, et quod hoc sibi vult, se non esse haereticum. En vero, V. M. quid sit, de quo dubito.

Est

Digitized by Google

Est antiqua philosophorum vox et in proverbio: Forma dat esse rei, vnde varias eiusdem generis species, quas philosophi vocant Scholastici, latini rectius formas appellant. Iam vero fiat argumentum. Adfuit ecclesiae nostrae forma, in veritatibus formalibus, h. e, essentialibus posita, quales sunt doctrina de Trinitate, de Christo saluatore, et seruatore, de gratia Dei, de gratia Dei libera, de iustificatione et sic porro, aut non adfuit. Quodsi non adfuit, Lutherus dedit. Quodsi dederit, non extiterit, nam forma dat esse rei. Quodsi non extiterit, neutiquam est christiana, et apostolica, nam haec adfuit ante Lutherum. Sunt fortasse qui contra dicant: Nouam formam dedit. Atque hoc habeo ambiguum. Quodsi enim forma dat esse rei, dat vero, noua igitur ecclesia per reformatio-

Digitized by Google

mationem facta est. Minime vero; Malim igitur dicere nouam faciem, per quam Lutherus antiquam potius illi formam reddidit, ita vt per reformationem non noua ecclesia exorta sit, sed antiqua, eaque apostolica renouata, vt ita dicam, hoc est emendata, et doctrinae sacrorumque emendatione pristina eius forma restituta fuerit, vnde reformatio dicitur.

Denique, quod Tibi illud dictum paulinum historice tractare placuerit, quamuis quod Tibi placet, non facile mihi displicere potest, haereo tamen adhuc in eo, quod haec tractandi forma fortasse ad Lutheri gloriam, eorumque, quibus administris vtebatur, qui de ecclesia bene meruerunt, plus conferat, quam ad gloriam Dei, qui gratia sua maxime de ipsa salute nostra optime meritus est; Ideo-

Digitized by Google

Ideoque eiusmodi dictum δογματικον tractandum potius esse dogmatice existimo, quod, qui TE, V. M. melius poterat, deficit alter. Dogmatice, inquam; hac videlicet ratione, vt demonstretur, gratiam Dei in Christo salutis nostrae esse principium, eamque qui neget, solem e mundo tollere; pariterque emendatam doctrinam de gratia euangelica, (haec enim est gratia Dei in Christo) neutiquam Lutheri, sed eiusdem gratiae diuinae esse beneficium; Quo tractandi modo auditores ad gloriam Dei, quae sacro oratori maxime curae cordique esse debet, et ad gratiae Deo habendae atque referendae officium, quo nullum maius est, provocantur. Quoniam vero pauciſſimi sunt, qui intelligant, quid sit gratia Dei in Christo? Quid sit, et in quantum gratia Dei libera? et quae sunt reliqua, haec a me

in

Digitized by Google

in prima orationis particula explicanda fuisse putauerin. Atque in hac explicatione et disserendi ratione nullam video Logicorum subtilitatem, de qua artis oratoriae imperita multitudo adeo conqueritur, sed liberiorem quidem, quam Quinctilianus laudat, et ingeniosam, atque in ipsa rei natura positam disserendi formam. Ingeniosum vero, eodem Q. teste, in inuentione oratorem esse oportet, quamuis ex Ciceronis sententia, quo quisque solertior et ingeniosior est, hoc doceat iracundius. Iterum vero eiusmodi dictum dogmatice tractandum mihi videtur propter eos, qui gratia diuina, multo potius libera, cum temeritate et confidentia abutantur, eaque ad erroris de absoluto decreto diuino opinionem adducti, animo suo obsequantur, neque quod licet, et debet fieri, sed quod libet

liber-

Digitized by Google

libertati, et procacitati ſuae omnes vitae ſordes concedant. Illud ipſum vero dictum moraliter etiam mihi tractandum ſumſiſſem; *). eſt enim non tam moroſum, quam conſolatorium, eorum cauſa, qui ſibi, ſuaeque virtuti, imo euangelicae, non pro eo, ac par eſt, diffidant, et ipſi ſaepius ſaluti ſuae deſperent. Sed, cum argumenti ſui tractandi forma oratoris arbitrio relicta ſit, Tvo etiam haec, quae Tibi placuit, relinquenda, neque haec, vt reliqua omnia, quae adhuc dicenda habeo, correctionis, aut emendationis, ſed dubitationis cauſa, a me dicta velim putes, nec minus ea, quae inſuper dicturus ſum.

Hae vero omnino ſunt promiſcuae meae dubitationes, inter quas, ne nimium lon-

*) dogmatice propter ἀπίστους; moralite ὀλιγοπίστους.

longus sim in singulis, illi maxime, quae prima est, inhaereo, et de hac omnis disputatio futura. Quaeritur nimirum, an ipsa rei natura, et aetiologia, (est enim tota quaestio aetiologica) patiatur, an aequum sit, et salutare, vt sapientissimum consilium diuinum, de remedio iustificationis per redemtionem a Christo factam, et per praeceptum fidei, absque omni necessitate morali, ex arbitrio diuino, per deductionem ab amoris fonte deriuemus? Interim finge Tibi continuationem et seriem causarum moralium, (nam in physicis remediis, et in causis mechanicis alia ratio est,) quae coniunctim, et simul operentur, nonne ab initio, et per primam causam, idem absque omni necessitate legis, h. e. absque omni obligatione, et libere fieri potest, vt in ipso decreto de salute humana quocunque

modo

Digitized by Google

modo restituenda factum est, quod postea vi et ratione proximae causae, vt in consilio diuino de modo homines saluandi per iustificationem, et postremo, vt in ipso iustificationis actu, per leges necessitatis, quales sunt, quae iure naturae diuinae continentur, non fieri non potest, et de iure fieri oportet? Dabo e. c. hoc, sed non simpliciter concedam, promissa gratiae diuinae (*Gnadenverheißungen*) liberae eius gratiae esse munus, an ideo hoc similiter libertati gratiae diuinae relictum esse putes, stare promissis velit, nec ne? Quod si ita sit, vnde deinde indubitata fidelium fides? Minime vero; Nam ex iustitia, quae suum cuique tribuit, igitur ex natura promissi et conuenti, quia iustitia dictorum conuentorumque constantia est, accedente *υἱοθεσία*, quae habet ius ad rem, *κληρονομικὸν* ius.

Digitized by Google

ius, idque postulandi, in foro diuino, vti in humano, necessario consequitur. Inde intelligitur, quare fideles ἐχειν ζωην αἰωνιον, h. e. nunc iam felicitatis post hanc demum vitam futurae participes esse dicuntur, quia videlicet, qui habet ius ad rem, ipsam rem (actu primo) habet. Verissime igitur Lutherus fideles dicebat, a Deo expostulare posse beatam vitam: *Du musst mich selig machen.* Quare quaeso? An propter liberam gratiam? Ob hanc nequaquam necesse est, sed propter iustitiam. Admodum caute igitur subtilissima ista parabola, de conuentione in oeconomia diuina, Matth. XX, 1. ff. tractanda est, in qua explicanda rariores sunt, qui iustitiam oeconomi laudent, quam qui liberae eius gratiae laude delectantur. Male igitur plerosque versari, et philosophari Daedali alis altius

Digitized by Google

tius volantes, interpretes, et rem significantem parum intelligere, atque in accommodatione eius ad rem significatam modum excedere censeo, primum eos, qui non vident, non liberam Dei voluntatem et gratiam, sed iustitiam diuinam in conferenda beata vita praedicari; porro vero eos omnes, qui non intelligunt, non simpliciter in ista collatione iustitiam Dei, eiusque liberam gratiam laudari, sed fines vtriusque, et mutuam quasi vtriusque amicitiam et coniunctionem, vi cuius iustitiae libera gratia obtemperet. Quare totum argumentum, quod hac parabola illustratur, hoc est: Iustitiam non minus, liberam Dei gratiam plus dare posse. Atque hinc fortasse accidit, vt plerique interpretes, in explicanda ista parabola, iustitiae diuinae minus, liberae

Digitized by Google

gratiae plus tribuant. Non minus, inquam, iustitia dare potest, nimirum quam gratia promisit, propter fidem suam, quam in dictis et conuentis seruare oportet; Atque hoc est: Οὐκ ἀδικῶ σε: Οὐχὶ δυναρίου συνεφώνησάς μοι; Item hoc: Ὃ ἐάν δίκαιον ᾖ, λήψεσθε. Hoc vero, ἄρον τὸ σὸν, hoc est, in re significata, non quod labore et operibus tuis meruisti, (propter quae priores tempore priores etiam iure, et plus accepturos esse putabant, quam illi, qui minus operati erant,) sed quod tibi (h. e. fidei) promissum est, quodque ideo de iure postulare potes. Fides vero, quae fideliter accipit, eoque tacite consentit, est in isto: Οἱ δὲ ἀπῆλθον. In fide enim est obedientia, partim per se, quia per legem fidei, (est enim praecepta) prima in oeconomia salutis virtus est; partim vero

Digitized by Google

vero per reliquas virtutes, quas obedientia complectitur, quasque fides comites habet. Quia vero fides non debet esse otiosa, sed per recte facta, quae in ll. SS. ἔργων nomine veniunt, operosa, ideo oeconomia diuina (βασιλεια των ουρανων) in iure aggratiandi dicitur ὁμοια ἀνθρωπῳ οἰκοδεσποτῃ, ὁστις ἐξηλθεν μισθωσασθαι ἐργατας etc. Libera vero Dei gratia plus dare potest, non quam quod promisit, (promiserat enim, ἀν ἡ δικαιον λῃψεσθε, neque igitur minus) hoc, quod promisit, dare decet, sed plus, quam ratione graduum aeternae felicitatis propter recte facta vnus alterue a iustitia diuina expectat; (com. 12.) Iustitia igitur diuina, cuius causa in hac collatione agitur, spectat ad fidem Dei, atque humanam, et ad ipsam beatam vitam, quae fidei promissa est; libera vero gratia, quae

Digitized by Google

praeter id, quod iuſtitia promiſit, dare poteſt, quod lubet, ad bene facta fidei, et ad gradus felicitatis. In eo, quod obiter dicam, mea ſimul latet ſententia, de futura beatitate eorum, qui per ſacramentum baptiſmi in participationem ſacrorum et in υἱοθεσιαν cooptati ſunt, ſtatim vero poſt initiationem, aut in infantia et pueritia, certe praemature demoriuntur (οἱ μιαν ὡραν ἐκτησαν). Neutiquam enim bene factis fidei, multo minus absque fide, ſed bene factis cum fide, et ex fide oriundis, h. e. viuae, quae dicitur, vita beata promiſſa eſt. Quae fides cum primum gratiae munus, et per eam in infantibus actu primo ſit, qui per baptiſmum, non in eccleſiam chriſtianam, (quod fit per natiuitatem) ſed in ſocietatem liberorum Dei (εἰς υἱοθεσιαν) recipiuntur, cum qua ius haereditatis con-

Digitized by Google

coniunctum est; iniuste agere eos censeo, qui vel paulisper adhuc de beatitate infantium dubitent. Quid vero illis de eorum beatitate sperandum, aut de praedicanda felicitate praematurae mortis, adhuc reliquum sit, non intelligo, quippe qui spem omnem beatae vitae non in iustitia fidei, sed vitae ponendam esse opinentur.

Sed ne longior hoc loco sim, quam necesse est, vnde digressus sum, eo reuertar. Ista mea dubitatio, de qua disputatur, de finibus gratiae, spectat ad locum doctrinae christianae, de libera Dei gratia, in quo tractando ita se adeo multi theologi tractare et gerere solent, vt non facile in alio iusta reprehensione minus careant. Quare, vt quisque est optimus, ita maxime et argumentandum et accuratiss-

Digitized by Google

ratissime disserendum, atque rationibus conquisitis de libera Dei gratia disputandum putat. Proxime vero, imo maxime pertinet ista dubitatio ad quaestionem de iure Dei aggratiandi, et de infinita in eo, quam fingunt, voluntatis diuinae libertate. Est igitur causa liberalis, vt ita dicam, in qua prae ceteris a nimio, quod, Hippocrate teste, (in aphor. II.) naturae inimicum est, et ab eo cauendum est, ne eorum vestigiis insequamur, qui nimis liberales, (liberalitas vero placet,) capitis rem agi, imo actum esse de fundamento salutis nostrae, et de puritate veritatis euangelicae opinentur, et ad caelum clamitent, quando in iure aggratiandi diuino alios potestatem Dei libere agendi terminis circumscriptam audiunt, Isti homines temere sibi persuadent, gratiam Dei non satis esse posse liberalem,

Digitized by Google

lem, niſi eadem omni ex parte libera ſit. Non alienum ab hoc loco eſt illud Melanchthonis paradoxon, gratiam Dei nullo modo eſſe gratiam, niſi ſit omni modo, ex quo porro argumentari licet, neque liberam eſſe vllo modo, niſi ſit omni modo, et quod non fiat per gratiam Dei liberam, id ex gratia Dei omnino non fieri. Quae! qualis! quanta! Genus enim, qualis eſt gratia, per formam et per partem generi ſubiectam, qualis libera Dei gratia eſt, non tollitur, ſed determinatur. In determinatione vero ſunt termini. Neutiquam igitur gratia Dei, et gratia Dei non libera, ſunt ἀσυστατα, vt, quod vno ponitur, altero auferatur, ſed ſunt ſubordinata, atque haec ſubordinatio fundamentum eſt totius ordinis ſalutis, qui, ſi a fide pactionem et conditionem, hoc eſt, fines gratiae divinae

Digitized by Google

vinae in iure aggratiandi ſuſtuleris, funditus euertitur. Cadit igitur in eiusmodi Latitudinarios illud Ciceronis: Nimium quod eſt, magis offendit, quam quod parum. Quare, cum noſtra aetate paucissimos temperare ſibi in hac cauſa poſſe, et conſilia diuina in iure aggratiandi ab aliis, qui docent, omnia in libera Dei gratia eſſe, ex principio arbitrii diuini, ab aliis ex iuſtitiae principio deducta cernerem, multum mecum dubitaui, vtrum melius, naturae diuinae conuenientius, et ad doctrinam euangelicam magis accommodatum eſſet; vtriusque rationem habendam eſſe putaui, iuſtitiae tamen magis, ex hac enim non modo ſummae ſapientiae, et ſalutis noſtrae, ſed ipſius gratiae pretium veriſſime aeſtimari poteſt. Iſthaec gratiae libertas iuſtitia temperata.

Aurea

Digitized by Google

Aurea libertas, quae nullo venditur auro.

Iam vero vt magis magisque perspiciatur, quid id sit, de quo disputatur, et quod praetermissum esse, et adhuc praetermitti miror, opus est definitione; Et quia non simplex quaestio est, primum definire oportet, quid per ius Dei aggratiandi intelligi velim, a quo tota salus nostra incipit, non ab, ad quam a Deo facti sumus, sed cuius causa, vt cum Paulo loquar, Christus a Deo, ita constituente, nobis factus est δικαιοσυνη, ἁγιασμος, και ἀπολυτρωσις, ita vt προεθετο αυτον ἱλαστηριον. Deinde definiendum esse censeo, quinam sint gratiae diuinae in iure aggratiandi fines, et in qua re constituendi.

Causa de iure aggratiandi est forensis; (qualis etiam ea est de iustificatione.) Id vero

Digitized by Google

vero habet, qui vim ferendarum legum, et poteſtatem debitum ἀνομιας remittendi habet; Ideoque, conceſſu quidem, et vi maieſtatis ſuae, in foro humano praerogatiua principis eſt, in diuino autem, propter Aſeitatem, quam Scholaſtici, minus quidem latine, apte tamen vocant, ὑπερεχουσης ἐξουσιας, et ſummae maieſtatis. Quod aperte comprobat apoſt. Jacobus: (in ep. IV, 12) Εἷς ἐστι νομοθετης (Deus ſummus legislator) ὁ δυναμενος (in cuius poteſtate eſt,) σωσαι και ἀπολεσαι, non quemcunque ex libera gratia velit, Nerones etiam, et Julianos, ſed quos ex legibus iuris aggratiandi poſſit. Recte, igitur Socinus, Deus, inquit, in puniendis abſoluendisque hominibus ſtatuendus eſt iudex. Hoc vero aggratiandi ius, quatenus quidem a libera Dei gratia pendet, in eo cernitur vt Deus absque omni cauſa

cauſa et neceſſitate morali, nullaque hactenus naturae ſuae lege adſtrictus, hoc eſt, ſua ſponte et libere humanum genus peccati culpa infectum, a capitali mortis poena abſoluere vellet, et dum vellet, tamen nolle etiam de iure poſſet, (δυναμενος σ. κ. α.) ita vt ſolo amore adductus, (amor enim, vt cum Seneca meo loquar, non cogit, ſed ducit,) et non niſi clementia et miſericordia commotus, abſoluere crimine laeſae maieſtatis, et rebipere homines peccatores in gratiam decerneret. Quod *decretum* ſalutis vniverſale, quia libera Dei voluntate innititur, Paulus ἰδιαν προθεσιν vocat. Ex quo intelligitur, cauſis ſalutis noſtrae altius, et a capite petitis (in dicto vero textuali Paulus loquitur de cauſis mediis et proximis) vltimam demum omnino in libera Dei gratia et miſericordia, in eaque,

quia

quia communem miſeriam ſpectat, vniverſali poſitam eſſe, quae decreuit, omnes homines ſaluos fieri debere (in ad Tim. II, 4.). Quod quam late ſumendum ſit, ex abſolute negatiua apparet, μη βουλομενος τινας ἀπολεσθαι. (in ep. Petri II. III, 9.) Itaque, quia libera Dei gratia vniverſalis eſt, ſaepius mundus pro hominibus ponitur, et quia ab humanitate Dei proficiſcitur, ideo Chriſtus ipſe, (Jo. III, 16 etc.) eiusque apoſtoli omnes ſalutis noſtrae cauſas, (ſunt enim plures) ſaepiſſime philanthropia diuina complectuntur, eamque quaſi in medio ponunt, ex qua reliquae omnes ad circumferentiam ducantur. In quo qui acquieſcant, improuidi grauiſſimorum, qui inde conſequantur, errorum, illi aliam rem ex alia, et de eo non cogitant, iſtam philanthropiam et gratiae diuinae libertatem ad gratiam

Digitized by Google

tiam προηγουμενήν pertinere, in qua; vt more humano loquar, adhuc deliberatio eſt, velit Deus homines in gratiam recipere, nec ne, absque determinatione, quos, et qua ratione velit, ac poſſit, qua fines gratiae continentur. Noli vero opponere, in deliberatione et determinatione vnum prius eſſe altero, quod in natura diuina eſſe non poſſit. Poteſt enim ex regno naturae illuſtrari, poſſe, immo ſaepius, per naturam rei, oportere vnum eſſe natura prius, quamuis alterum non ſit tempore poſterius. Quodſi intelligerent Antitrinitarii, nullam profecto repugnantiam viderent in illo Athanaſii: Pater eſt aeternus, Filius eſt aeternus, Spiritus S. eſt aeternus; tamen non ſunt tres aeterni, ſed vnus eſt aeternus.

Iam

Digitized by Google

Iam vero, posteaquam satis probabiliter, vt existimo, a me definitum est, quid per ius Dei aggratiandi intelligendum sit, quod ad libertatem gratiae diuinae attinet, de cuius temperantia et finibus disputatur, nunc etiam quaedam de libertate diuina dicenda sunt, quam sibi Latitudinarii, absque distincta definitione, qualemcunque, et taliter qualiter fingunt. Libertas naturae diuinae, vt humanae, per se est facultas, quae vim physicam, et similem omnipotentiae habet, quae admiranda potius quam laudanda est, neque virtutibus moralibus, sensu philosophico ita dictis, annumerari potest. Quapropter tantum abest, vt ii ipsi, qui boni viri speciem prae se ferant, per infinitam et absolutam laudem liberae gratiae ad glorificationem summi numinis aliquid conferant, vt nihil

Digitized by Google

nihil magis gloriae diuinae et religioni possit esse contrarium, nisi sapientiae et iustitiae virtutibus modificata atque moderata cogitetur; quas enim virtutes vbi separaueris, in libertate diuina est ἀνομια, per eamque Deus est ἀνομος, qui non habet legem, quemadmodum per iustitiam, αὐτονομος et sibi ipse rex est. Ex quo elucet, vnde sit ἀνομια, aberratio a lege, in hominibus, qui libertati suae indulgent, neque ratione eam temperent, legibus sapientiae et iustitiae, vel scriptis, vel naturalibus adstricta. Quid inde? Hoc ex eo consequi iudico, gratiam Dei in iure aggratiandi valde praedicandam esse, sed non tam libertatem gratiae, quam sapientiam et iustitiam, quae vtraque gubernaculum imperii diuini in regno gratiae, quod dicitur, (βασιλεια των ουρανων) tenet, eoque maiorem esse ipsam

Digitized by Google

ipsam gratiam et gloriam diuinam, quo magis ista in consiliis vtramque consulat.

Denique vero in controuersa et subtilissima quaestione, de finibus gratiae in iure Dei aggratiandi, distincta definitione ipsius gratiae, quae in iure aggratiandi nimium quantum valet, maxime opus est, atque hoc obseruandum, duo eius esse genera, alterum infinitum, alterum definitum, in qua descriptione ratio quaerenda est, cur decretum de saluandis hominibus, a consilio distinguendum esse putauerim. Infinitum, in quo genere θεσις est, (quam graeci philosophi appellant) hoc nimirum, Deum omnibus hominibus salutem impertiri velle, quod est decretum, idque adhuc absolutum gratiae vniuersalis eiusque liberae quae facit, quod

quod velit, neque habet legem; Definitum, in quo προθεσις est, velle iis, quibus possit, in eoque consilium est, de via et ratione, qua deceat. — Vtroque autem genere, sunt enim arctissimo naturae diuinae vinculo inter se colligata atque implicata, ius aggratiandi definitur. Quare in absoluto decreto, de quo in scholis disputant, quodque negamus, hoc desideratur atque reprehenditur, quod sit decretum absque consilio. Deinde hoc in quaestione de finibus gratiae non praetermittendum, duabus eam, quae subiacent, propositionibus contineri. Vna haec est: Deum homines, cum in gratiam recipere vellet, de iure etiam non potuisse, per quod munus gratiae, eiusque liberae sit. Altera: saluo etiam iure potuisse, in quo gratia Dei minime libera neque arbi-

Digitized by Google

traria est. Si qui vero sint, et sunt fortasse, qui dicant, quamvis Deo ita placuerit, vt per hunc aggratiandi modum (δια της απολυτρωσεως, της εν Χριστω Ιησου, per Christum) iustitiam demonstraret, tamen in hoc ipso eligendo modo gratiam eius liberam fuisse, alio enim etiam demonstrari eam potuisse, totum hoc pertinet ad theologiam speculatiuam; in rebus vero, in facto positis, et consiliis diuinis non magnopere quaerendum est, quid fieri potuerit, sed videndum, quid factum sit, et in eo acquiescendum, sapientissimo Dei consilio ita factum esse, neque certe alio modo potuisse, quam qui iustitiae, libertatis moderatrici, consentiat. Est igitur etiam quaestio historica, in quibus non rationem suam, sed scriptores sequi philosophum oportet, ideoque et theologum pariter scriptura S. ma-

Digitized by Google

magistra et duce sequi decet. Nolo vero nimis longe progredi, neque descendere ad eos liberae gratiae diuinae patronos, qui scilicet, vt Cannabichius ille, solam causam salutis nostrae, eiusque fundamentum amorem Dei paternum esse statuant. Huc ea pertinent, quae antea de paterno amore exposui, quibus placet hoc addere, in eiusmodi amore Dei paterno praeexistentiam esse, et distinguendum inter amorem Dei placabilem, cui innititur decretum liberae gratiae vniuersale, et placatum, cuius ratio in iustitia latet, ita vt gratia Dei in Christo, ἐν ᾧ εὐδόκησε ὁ Θεος, et per quem εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις restituta est, iustitiae maxime beneficium sit. In quo parum sibi constabat, mente saepius non constans, Socinus, qui fingebat, oportuisse Deum propter amorem suum nobis pla-

catum esse, antequam Christum promitteret; (I, 7.) Quod quam sit ambiguum, et a vero alienum, postea videtur intellexisse, cum diceret, (II, 8.) eo ipso momento, cum Christum mitteret, non placato animo fuisse, sed placabili.

Propter eos vero, quibus placet liberam Dei gratiam a principio philanthropiae et amoris Dei deriuare, quem paterni nomine vulgo christiano venditant, et commendant, nonnulla, quae disseram, adhuc et opportuna dicenda habeo. In hac ficta et commentitia fabula est ὑστερον πρωτερον, et suppositio liberorum. Neutiquam enim Deus pater est per creationem, fuimus Troes! et creata etiam sunt animalia bruta; creati etiam sunt gentiles, quos tamen Paulus non fuisse ante conuersionem, sed per eam filios Dei factos

Digitized by Google

factos esse, docet, in ad Gal. IV, 4. ff. Sunt etiam Iudaei increduli temporibus Christi, quorum tamen patrem Deum esse, Christus in faciem negabat, Joh. 8, 42. Et temere prouocat ad illud, Mal. II, 10. Pater enim, quem in isto loco laudant, est Abrahamus, cll. Joh. VIII, 33. 39. Laudant nimirum in h. l. quod ex vicinitate verborum apparet Iudaei communionem, atque vnitatem et aequalitatem ratione religionis, et originis, et locus parallelus est in ad Eph. IV, 5. 6. Ex creatione venit, propter praestantiam humanae naturae, philanthropia, sed paternus amor per υἱοθεσιαν, ideoque per regenerationis beneficium acquiritur. Quare existimo a Chrysostomo apte dictum, filios Dei non nasci, sed renasci. Res vero, vt opinor, ita se habet. Ad amorem paternum sensu proprio, (nam

in

in metaphorico nulla vis est, isque a prouidentia potius ita dicitur, vnde Paterfamilias, et Pater patriae nomen habent;) requiritur υἱοθεσια, ad hanc vero arctior colligatio, quae est in cognatione et societate propinquorum. Prima vero societas est in coniugio, proxima in liberis. Ex quo intelligere licet, quare in ll. SS. (v. c. in ad Eph. V.) societas, quam fideles iam nunc cum Christo habent, cum ea, quae est in matrimonio, comparetur, nec minus ea, quae erat inter primos parentes, (com. 30.) relata ad futuram vero perfectiorem omnibusque numeris absolutam, cum ea, quae inter desponsatos est (Apoc. XXI, a. 9. et in Cantico canticorum) conferatur. Igitur, eos dicere audio, qui misceant in mysteriis sacra profanis, υἱοι του Θεου S. P. Neutiquam vero, nostra nimi-

Digitized by Google

nimirum in regno gratiae enascitur ex adoptione per regenerationem, a qua filii Dei et fideles renati perhibentur. Istius vero adoptionis causa porro posita est in υἱοθεσίᾳ F. D. quam in regeneratione, per fidem, cum eo participamus; Vnde dicimur cohaeredes Christi, quem Pater per vnionem personalem haeredem (nam est filius essentialis) h. e. Dominum constituit; et vocati ad communionem filii sui, eiusque gloriae. Addam hoc, quod isti theologi, qui in laudando amore paterno Dei modum excedunt, non perspiciunt, esse eiusmodi amorem Dei, qui latius pateat, vitae ciuili, et pietati inimicam, ideoque totum reiiciendum. In iustitia quae arcet impios a vita dissoluta, est dignitas et grauitas, quae Maiestatem ornat, et decet, in amore venustas, ex qua, si simpliciter amor

lau-

Digitized by Google

ipsam gratiam et gloriam diuinam, quo magis ista in consiliis vtramque consulat.

Denique vero in controuersa et subtilissima quaestione, de finibus gratiae in iure Dei aggratiandi, distincta definitione ipsius gratiae, quae in iure aggratiandi nimium quantum valet, maxime opus est, atque hoc obseruandum, duo eius esse genera, alterum infinitum, alterum definitum, in qua descriptione ratio quaerenda est, cur decretum de saluandis hominibus, a consilio distinguendum esse putauerim. Infinitum, in quo genere θεσις est, (quam graeci philosophi appellant) hoc nimirum, Deum omnibus hominibus salutem impertiri velle, quod est decretum, idque adhuc absolutum gratiae vniuersalis eiusque liberae quae facit, quod

Digitized by Google

quod velit, neque habet legem; Definitum, in quo προθεσις est, velle iis, quibus possit, in eoque consilium est, de via et ratione, qua deceat. — Vtroque autem genere, sunt enim arctissimo naturae diuinae vinculo inter se colligata atque implicata, ius aggratiandi definitur. Quare in absoluto decreto, de quo in scholis disputant, quodque negamus, hoc desideratur atque reprehenditur, quod sit decretum absque consilio. Deinde hoc in quaestione de finibus gratiae non praetermittendum, duabus eam, quae subiacent, propositionibus contineri. Vna haec est: Deum hominem, cum in gratiam recipere vellet, de iure etiam non potuisse, per quod munus gratiae, eiusque liberae sit. Altera: saluo etiam iure potuisse, in quo gratia Dei minime libera neque arbi-

traria est. Si qui vero sint, et sunt fortasse, qui dicant, quamvis Deo ita placuerit, vt per hunc aggratiandi modum (δια της απολυτρωσεως, της εν Χριστω Ιησου, per Christum) iustitiam demonstraret, tamen in hoc ipso eligendo modo gratiam eius liberam fuisse, alio enim etiam demonstrari eam potuisse, totum hoc pertinet ad theologiam speculatiuam; in rebus vero, in facto positis, et consiliis diuinis non magnopere quaerendum est, quid fieri potuerit, sed videndum, quid factum sit, et in eo acquiescendum, sapientissimo Dei consilio ita factum esse, neque certe alio modo potuisse, quam qui iustitiae, libertatis moderatrici, consentiat. Est igitur etiam quaestio historica, in quibus non rationem suam, sed scriptores sequi philosophum oportet, ideoque et theologum pariter scriptura S. ma-

Digitized by Google

magistra et duce sequi decet. Nolo vero nimis longe progredi, neque descendere ad eos liberae gratiae diuinae patronos, qui scilicet, vt Cannabichius ille, solam causam salutis nostrae, eiusque fundamentum amorem Dei paternum esse statuant. Huc ea pertinent, quae antea de paterno amore exposui, quibus placet hoc addere, in eiusmodi amore Dei paterno praeexistentiam esse, et distinguendum inter amorem Dei placabilem, cui innititur decretum liberae gratiae vniuersale, et placatum, cuius ratio in iustitia latet, ita vt gratia Dei in Christo, ἐν ᾧ εὐδόκησε ὁ Θεος, et per quem εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις restituta est, iustitiae maxime beneficium sit. In quo parum sibi constabat, mente saepius non constans, Socinus, qui fingebat, oportuisse Deum propter amorem suum nobis pla-

Digitized by Google

catum esse, antequam Christum promitteret; (I, 7.) Quod quam sit ambiguum, et a vero alienum, postea videtur intelexisse, cum diceret, (II, 8.) eo ipso momento, cum Christum mitteret, non placato animo fuisse, sed placabili.

Propter eos vero, quibus placet libram Dei gratiam a principio philanthropiae et amoris Dei deriuare, quem paterni nomine vulgo christiano vendi tant, et commendant, nonnulla, quae differam, adhuc et opportuna dicenda habeo. In hac ficta et commentitia fabula est ὑστερον πρωτερον, et suppositio liberorum. Neutiquam enim Deus pater est per creationem, fuimus Troes! et creata etiam sunt animalia bruta; creati etiam sunt gentiles, quos tamen Paulus non fuisse ante conuersionem, sed per eam filios Dei factos

Digitized by Google

factos esse, docet, in ad Gal. IV, 4. ff. Sunt etiam Iudaei increduli temporibus Christi, quorum tamen patrem Deum esse, Christus in faciem negabat, Joh. 8, 42. Et temere prouocat ad illud, Mal. II, 10. Pater enim, quem in isto loco laudant, est Abrahamus, cll. Joh. VIII, 33. 39. Laudant nimirum in h. l. quod ex vicinitate verborum apparet Iudaei communionem, atque vnitatem et aequalitatem ratione religionis, et originis, et locus parallelus est in ad Eph. IV, 5. 6. Ex creatione venit, propter praestantiam humanae naturae, philanthropia, sed paternus amor per υἱοθεσιαν, ideoque per regenerationis beneficium acquiritur. Quare existimo a Chrysostomo apte dictum, filios Dei non nasci, sed renasci. Res vero, vt opinor, ita se habet. Ad amorem paternum sensu proprio, (nam

in

in metaphorico nulla vis est, isque a prouidentia potius ita dicitur, vnde Paterfamilias, et Pater patriae nomen habent;) requiritur υἱοθεσια, ad hanc vero arctior colligatio, quae est in cognatione et societate propinquorum. Prima vero societas est in coniugio, proxima in liberis. Ex quo intelligere licet, quare in ll. SS. (v. c. in ad Eph. V.) societas, quam fideles iam nunc cum Christo habent, cum ea, quae est in matrimonio, comparetur, nec minus ea, quae erat inter primos parentes, (com. 30.) relata ad futuram vero perfectiorem omnibusque numeris absolutam, cum ea, quae inter desponsatos est (Apoc. XXI, a. 9. et in Cantico canticorum) conferatur. Igitur, eos dicere audio, qui misceant in mysteriis sacra profanis, υἱος του Θεου S. P. Neutiquam vero, nostra nimi-

Digitized by Google

nimirum in regno gratiae enascitur ex adoptione per regenerationem, a qua filii Dei et fideles renati perhibentur. Istius vero adoptionis causa porro posita est in υἱοθεσίᾳ F. D. quam in regeneratione, per fidem, cum eo participamus; Vnde dicimur cohaeredes Christi, quem Pater per vnionem personalem haeredem (nam est filius essentialis) h. e. Dominum constituit; et vocati ad communionem filii sui, eiusque gloriae. Addam hoc, quod isti theologi, qui in laudando amore paterno Dei modum excedunt, non perspiciunt, esse eiusmodi amorem Dei, qui latius pateat, vitae ciuili, et pietati inimicam, ideoque totum reiiciendum. In iustitia quae arcet impios a vita disoluta, est dignitas et grauitas, quae Maiestatem ornat, et decet, in amore venustas, ex qua, si simpliciter amor

lau-

Digitized by Google

laudetur, amatio potius, quae hominem deperit, quam amor erga Deum enascitur, qui hominem christianum ornat. Argumentum igitur amoris Dei, quod per manus hodie traditur, et de manu, vt aiunt, in manum, totum est amatorium, φιλτρον, quod Graeci vocant, et pauperis horti custodes esse illi theologi mihi videntur, qui nullum probabilius argumentum habent, quod pietatem christianam adiuuet, quoque ad eam tuto et vtiliter commendandam abuti possint. Sed de hoc satis.

Provocare memini eos, qui magna cum vociferatione liberam Dei gratiam in iure aggratiandi commendant, ad locum paulinum, in ad Eph. I, 4. ff. qui tamen nihil omnino ad me. Laudat enim apostolus decretum Dei, de salua-

dis

Digitized by Google

dis hominibus omnibus, eiusque gratiam vniuersalem, qua Deus omnes homines per satisfactionem et fidem, h. e. per pactionem et conditionem iustificari, neutiquam vero absque satisfactione, et fide quoslibet iustificare velit. Commendat igitur ea de causa vocationem gentilium προς τον λογον αληθειας — το ευαγγελιον της σωτηριας, (ad veram et salutarem doctrinam, com. 13.) quae, inter alios eius seculi homines, Ephesiis etiam contigit, quaeque gratia Dei, omnibus hominibus graviter denuntians, vt se conuertant ad religionem christianam, (in Act. XVII, 30. cll. Matth. III, 8. IV, 17. Tit. II, 11. 12.) N. T. temporibus illustrior facta est. Ponit autem huius gratiae causam εν πλουτω της χαριτος, quod non est, in libera gratia, sed εν σοφιαι και φρονησει, (com. 8. cll. in ad Rom. XI, 33.) et in

σοφι-

εὐδοκία (com. 9.) quae, quamquam causas sapientissimas habeat, vnde fit εὐβουλία, tamen saepius patefactas non habet. Accedit etiam, quod εὐδοκίας vox hellenistica non solum de amore et gratia intelligenda sit, sed in lege quoque et iustitia eius vestigia extent, quod manifeste comprobat Paulus in ad Cor. I. 1, 21. Ἐπειδὴ γὰρ — — εὐδόκησεν ὁ Θεος, ex iusto iudicio decreuit cum pudore των σοφων; Iusto vero iudicio feciſſe intelligitur ex eo: Οὐχι ἐμωρανεν ὁ Θεος την σοφιαν τ. κ. τ.;

Quod verò dixerim, non sufficere in iure Dei aggratiandi, in quo quaestio maxime est de iure, amorem Dei paternum et placabilem, ita, vt si vel eo adductus voluerit, tamen absque amore placato, h. e. ex libera gratia, absque iustitia, in gratiam recipere homines peccatores

Digitized by Google

tores nullo modo potuerit, hoc etiam altius repetendum videtur. Non possunt in hac quaestione a via veri longe non aberrare, qui totum, qualis est natura divina, quod ex partibus non separandis constat, particulatim cogitare soliti, (quod commune humani ingenii vitium est,) non videant, naturam diuinam individuam esse, et simul necessariam, neque hoc perspiciant, in consiliis pariter atque in actionibus diuinis decorum maxime, et quidem illud, quod Platonici τὸ καθ' ὅλου πρεπον appellabant, Cicero generale vocat, spectandum esse, cuius vis in eo, quod Maiestati diuinae consentaneum est, et in coniunctione cum conuenientia earum virtutum cernitur, inter quas maxima dissensio esse, et quarum vna cum altera pugnare videtur (quales sunt gratia Dei, eiusque iustitia,) quae

Digitized by Google

quae licet obiectiue mente et cogitatione separari queant, subiectiue tamen et extra mentem, h. e. in ipsa natura diuina tam arctissimo et indissolubili vinculo coniunctae sunt, vt in consiliis factisque omnes ac singulae cooperentur. Huc accedit, quod natura diuina etiam necessaria sit, ex quo necessario consequitur, vt gratia Dei, in iure aggratiandi, diuina αὐτονομία, in qua necessitas moralis est, legibus videlicet iustitiae essentialis, quibus ius naturae diuinae continetur. An vero gratia diuina praedicari potest, id libere facere, quia placuerit, quod adeo legibus sapientiae et iustitiae subiectum est, vt fieri moraliter necesse sit, et non facere Deo placere non potuerit?

Antequam vero nauem ad littus, vt ita dicam, appellam, duae insuper emouendae

Digitized by Google

dae sunt oppositiones, specie veri valde probabiles, quarum vna est, de iure abolendi, quod iuris consulti appellant, altera de satisfactione publica. Non dubito fore iuris peritos, qui cum multis aliis, qui aliam rem ex alia cogitant, hoc opponant, potuisse Deum per satisfactionem priuatam, quae in foro humano obtinet, nimirum propter poenitentiam et deprecationem condonare peccata, absque satisfactione publica, h. e. poenali, qualis cruenta Christi mors est. Ex priore oppositione apparet, primum quanta igitur vis sit in istis verbis Pauli: εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Vehementer profecto errant, qui in iure aggratiandi non tam gloriae diuinae rem, sed solam hominis et humanae salutis causam agi statuant. Ex priuata enim satisfactione gratia Dei minus, iustitia vero

et

Digitized by Google

et maiestas omnino omnis ex eiusmodi iure Dei aggratiandi elucet. Deinde vero per satisfactionem publicam, non abrogatur priuata, sed perficitur. Fit enim poenitentia per redemtionem Christi euangelica, et per fidem longe alia deprecatio, videlicet deprecatio cum fiducia. Denique non facile concedam, eiusmodi remissionem propter satisfactionem priuatam, in foro diuino locum habere posse, propter crimen laesae maiestatis, quale est peccatum.

Ad vtramque oppositionem quod attinet, eiusmodi ratione aggratiandi per satisfactionem priuatam, et per abolitionem in foro diuino admitti non posse, vel ex eo manifestum et, quia in beneficio iustificationis remissio et condonatio est; Quare non satis est ad definitionem iusti-

Digitized by Google

iuſtificationis, quod ſit remiſſio peccatorum. Quod cum a pauciſſimis perſpiciatur, quaedam de eo ad extremum dicenda reſtant. Recte Lutherus dicit, vbi remiſſio peccatorum eſt, ibi etiam eſt condonatio, (*da iſt auch Leben und Seligkeit.*) Latius omnino patet, quam in foro humano, ius aggratiandi diuinum, vi cuius non ſolum hac mente remittere peccata Deus voluit, vt de iure peccatores non damnaret, ſed vt ſaluo etiam iure; et ſalua iuſtitia ſua eſſentiali et legali, ampliſſimis beatae vitae praemiis eos donaret. Ex quo, quid ſit meritum Chriſti, quod in ſcholis vocant, et quae eius vis ſit, intelligitur. Multo plus igitur eſt in iure Dei aggratiandi, quam in iure abolitionis, in quo eſt remiſſio delicti per poenae mitigationem. Anne princeps, quem magis oportet, com-

Digitized by Google

communis securitatis causa, iustum esse, quam misericordem, dum poenam per abolitionem mitigat, quod ad abolitionem satis est, malefico capitis reo praemia etiam, virtuti proposita, ex libera gratia dare potest. Quanta quaeso virtutis et communis securitatis ruina impenderet!

Quicunque igitur in praedicanda libera Dei gratia in iure aggratiandi et in finibus eius constituendis modum excedant, nimiumque seculi nostri genio suoque ingenio indulgeant, eos, non pro eo ac par est reipublicae christianae, et saluti communi, consulere censeo, quippe quod libera Dei gratia, quae iustitiae anteponatur, homines facit deteriores, eosque ad omnia gratiae Dei munera, quae christianae virtuti promissa sunt, spe-

speranda et expectanda paratiores et proclives. Finge Titi animo et cogitatione principem, qui non tam iustus sit, quam misericors, et alium, quem natura et religio ad imaginem *Augusti* nostri finxerit, cuius gratia et paternus amor iustitiae obtemperet, quem quaeso rei et securitati publicae plus prodesse putas?

Denique superest quaestio de argumento in dicto illo textuali proposito, et proponendo. Equidem vnum alterumue hoc esse arbitror.

Quantum ad illustrationem et glorificationem Dei pertineat, vt iustitia sua per gratiam in Christo patefacta, illam ex hac gratia oriundam vitam, hominibus non aliter ac per fidem largiri velit!

Digitized by Google

Quam salutare sit, gratiam Dei in Christo patefactam veluti eam cogitari, per quam iustitiam claram et testatam fecerit?

Quantopere ecclesiae nostrae conueniat, eamque oporteat, id nullo vnquam tempore obliuiscì, quod emendatio sacrorum suorum instaurato dogmati de gratia Dei iustificante debeatur, qua Deus se tanquam eum manifestum reddiderit, qui iustus est, et iustos reddit, quicunque filium suum, ea fide, quam constituerit, complectantur!

Vereor quidem, ne eiusmodi argumenta plurimis displiceant; (difficile vero est, omnibus placere,) iisque maxime seculi nostri Christianis, quibus iustitiae diuinae nomen inuisum est, quae tamen in lar-

Digitized by Google

largiendis etiam muneribus, fidei et virtuti propositis, admodum liberalis, et in seruandis promissis constantissima est. Quamobrem quo dulcior est gratiae Dei in Christo consolatio, et quo magis ea gaudere, de eaque N. T. temporibus nobis gratulari possumus; (per eam enim habemus βεβαιοτερον προφητικον λογον, doctrinam de salute nobis promissa) eo minus profecto iustitia diuina per eam demonstrata et placata, extimescenda est. Quodsi vero sint, qui iustam causam habeant, quamobrem sibi ab ea metuant, (sunt enim, quibus omnia sunt metuenda), quique non videant, eam in sinistra manu arma, nam placata est, in dextra palmas tenere, melius tamen esse, et magis eorum saluti profuturum existimo, vt iustitiam diuinam, dum adhuc viuunt, extimescant, ne post hanc vitam extimescen-

Digitized by Google

nescendum habeant nonnisi Judicem. Atque haec habui, V. M. quae propter hos parum recte sentientes, de libera Dei gratia, nec non de iustitia divina, (quam in iure Dei aggraviandi omnino non vident) non TUA causa, de finibus gratiae scribenda mihi viderentur. Scripsi Gitzae Id. Jan. MDCCCI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

TELLER, Johann F
Epistola ad D. Franc
Volkmar.

831
T274ep
1801

Digitized by Google

Digitized by Google